

AUSPICIO DIVINO!
Nobilem

QVARTARVM
TRIGAM.

SUB PRÆSIDIO

VIRI

Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi,
Consultissimi

DN. IOHANNIS REBHANI,
ICTI. COM. PALAT. CAESAR. COD.
& Feudal. Consuet. P.P. Celeberrimi, Colleg.
Jurid. Sen. Gravis ; & Divers. Statuum Imperii
Consiliarii, Domini Præceptoris ac
Patroni sui, perpetuo
colendi,


EXERCITATIONE HAC JURIDICA.

ANNO SOLENNITER

Disquirendam proponit

SIGISMUNDUS KRETSHMAR,
A. & R.

Ad diem ANNI M. DC. LXVII.



ARGENTORATI
Typis JOHANNIS WELPERI.

a. XCII. 44.

diss. A

44

*SERENISSIMIS ET CELSISSIMIS,
PRINCIPIBUS AC DOMINIS,*

Dn. CAROLO FERDINANDO,

Dn. SYLVIO FRIDERICO,



ET


Dn. CHRISTIANO ULRICO,

DUCIBUS WÜRTEMBERGIAE ET
TECCIAE, NEC NON IN SILESIA
OELSNAE,

COMITIBVS MONTISBELIGARDI, DY-
NASTIS IN HEIDENHEIMB, STERN-
BERG ET METZIBOHR.

*PRINCIPIBUS AC DOMINIS MEIS
CLEMENTISSIMIS*

D. D. D.



I. N. I.

PROOEMIUM.

Vamvis communio omnium hominum suffragio comprobetur, quod habetur in l. 21. C. mandat. quemlibet nempe, rei sue moderatorem & arbitrum esse: ita ut nemo habendam gratiam putet, quod suis rebus utatur, inquamcunque etiam formam eisdem vertat: atque ob id, satis quidem confidenter, Equitem quempiam Romanum, Augusto Imperatori exprobranti, quod patrimonium absumpsisset, reposuisse: suum esse, pupateuisse, refert Historicus. Attamen certum & hoc est, quod lex, utpote quae suprema omnium domina est, arbitrio huic modum prescribere possit, & prescribat: regulamque illam intelligendam esse, hanc cum perpetua limitatione, scil. si lex permittat: si lex non prohibeat: uti enim Reip. expedit, ne quis re suâ male utatur. §. ult. I. de his qui sui vel alioni Iuris. Ita nullorum magis interest, quam ipsorum privatorum, ut justitia ita jus suum cuique tribuat, ne distrahit ab ullius personæ justiore petitione. l. 31 §. I. ff depos. apparet id ex variis causarum figuris, passim in Iure occurrentibus: in primis vero ex illâ Quartarum materia, nempe QVARTAE FALCIDIAE: QVATRAE PEGASIANAE, quae vulgo Trebellanica vocatur: & denique QVARTAE ANTONINIANAE seu D. PII. quarum istam heres ultra dodrantem gravatus legatis detrahit

A 2

ex bo-

ex bonis relictis. Illam verò fiduciarius heres ex hereditate ob fideicommissum restituendā, retinet: hanc verò relinquare tenetur pater arrogans, filio impuberi arrogato, sine justā causā emancipato vel ex heredato. Confer Christin. 4. decis. Belgic. s1. n. 2. Quam cum usus judiciorum præcateris commendet, dignam putavi, circa quam vires ingenij periclitarer, thefesque in sequentes, five lineas per pagellas has rudi penicillo ductas, publicæ placidæque eruditorum disquisitioni proponerem. Quod ipsum dum facio, merito omnium primò veniam, sicuti vel lubrico juvenutis lapsus, vel subsidius necessariis destitutus, à legitimis tramitibus aberraverim, observanter rogito: persuasus à Quintiliano, decere Studio studio fructum dum promere, cum & venia & spes est, & paratus favor, & audere non dedecet: & si quæ sunt dicta juveniliter, pro indole accipiuntur.

CAPUT I. DE QVARTA FALCIDIA.

Quarta Falcidia est portio bonorum hereditariorum, heredi, legatis dodrantem excedentibus deducenda.

Sic dicta, non à falce, vel falcando, quod lex hæc legata falcet; sed, ut aliae leges, ab Auctore nempe C. Falcidio, Tribuno quodam plebis, qui legem hanc seu plebiscitum, anno urbis conditæ 155xiv. Gneio Dominio, & Cajo Asinio Coss à plebe rogavit: Estq; Quarta hæc omnium aliarum prima, ut potè ad cuius exemplum, reliquæ postea introductæ sunt. Ratio motiva fuit æquitas, primariò Testatorum, seu potius ultimarum voluntatū favore nitens, ne illi, testamens destitutis, existent intestati, atque sic ultimæ voluntati-

50

Iunctates, quas exitum sortiri Reip. interest, deficerent; sed hactenus conservarentur. l. 20. ff de b. poss. contr. rabb. princ. I. de L. Falcidia. Vid. Vinn. Secundariò vero etiam heredum. l. 71. ff ad L. Falcid. ne frustra & gratis hereditatisonera, adeundo, bono aliorum sustinere tenerentur; sed aliquid lucri, licet præter voluntatem Testatoris, consequerentur l. 86 ff ad L. Falcid. Nov. I. c. 2 princ. Non autem in gratiam legatariorum. § 2. l. de L. Falcid. d. l. 71. eod. quippe quod Testamentum subsistat, etiam si legatarii sua legata repudient: quod secus est in herede. Conceditur autem hoc beneficium heredibus, & quidem semper, sive unus sive plures sint instituti. d. § l. & L. 77. d. t. ita ut si omnibus in universum heredibus legatorum præstandorum onus commissū sit, hi non amplius quartā detrahant, inter ipsos dividendā; si vero scorsim gravati sint, tunc in quolibet, ratio Legis Falcidiæ ponenda erit; sed tantum ejus portionis bonorum, in quâ quisque vel institutus l. 11. §. 6. l. 77. ff ad L. F. l. 41. §. 6. de V. & P. subst. Si vero unus deficiat, ejusque portio alteri accrescat, & quidem portione non gravatae portioni gravatæ, tunc non separatim Falcidiæ ratio habetur; si vero gravata non gravatæ portioni accedit, separatim Falcidia ab accidente portione detrahitur. *Donellus* & ad eundem *Hill.* l. 8. c. 23. vide tamen exceptionem in l. 11. §. 5. & pen. l. 79. l. 87. §. 4. f. ff ad L. F. l. 12. de Vulg. & P. Subst.

Datur etiam heredis heredi l. 10. C. h. t. l. 41. §. 3. d. Vulg. & pup. subst. denique etiam fisco, si ei hereditas deferatur. arg. l. 3. §. f. ff. ad Sct. Trebell.

Denegatur autem hoc beneficium heredi, si coetus adiret, aut gravatus sit non ut heres, sed ut alius, commodum sentiens l. 90 ff ad L. F.

Deducitur verò hac Quarta ex bonis Testatoris, quæ mortis tempore, ad quod aditio retrotrahitur, l. 138.l.293. ff.d. R. I. cit. *Iacob. Gothofr.* habuit, & ex hac patrimonii quantitate §. 2. I. L. 15. §. 3. in f. § 6. l. 56. pr. ff h.t. deductis tamen prius impensis funeris. §. 3. I. ad L. F. l. 24. §. 3. & seqq. de relig. l. 3. C. ad L. F. deinde ære alieno l. 16. C. h. t. l. 15. C. delegat. & pretio servorum manumis-
forum, sumptibusq; aliis hereditatis suscipiendæ cau-
sa factis l. ult. §. 9. C. de Jur. del. His deductis res singulæ
reliquæ ex veritate, si verò pretia æstimantur secundū
præsens & verum ipsorum pretium l. 15. §. ult. l. 42. l. 62.
§. l. l. 63. pr. ff. ad L. Aq. atque tum ex universitate residui
patrimonii heres quartam detrahit, eamque sibi re-
tinet.

Computantur in hanc Quartam, quæ heres suâ
culpa amisit. l. 61. ff. ad L. F. aut alienavit l. 3. §. 3. ad SCt.
Trebell. uti quoque imputantur, si quid hereditati ra-
tione facti præcedentis, aut obligationis à defuncto
contractæ, accesserit l. 56. §. l. l. 83. ff. ad L. F. etiam actio-
nes, licet poenales sint, quatenus ad heredes transeunt
§. l. l. d. perp. & temp. act. Ut autem hæc computatio
institui possit, necesse est, ut res æstimentur, quod fit,
uti dictum, secundum præsens & commune pretium
l. 42. l. 60. & 62. §. l. l. 63. pr. ff. ad L. F. si verò ob incertitu-
dinem æstimari nequeant, tunc quanti venire possint,
æstimandæ sunt l. 55. l. 82 ff. d. t. arbitro l. 12. h. t. Falcidiæ
constituto l. l. § 6 ff. si cui plusquam p. L. F. licuer. si he-
res & legatarius dissentiant.

Non imputantur autem, quæ heres Jure legati aut
conditionis implendæ causa obtinuit. l. 91. l. 74. & 76 ff.
ad L. F. nisi naturaliter tantum debeatur, quod in con-
ditione est l. l. §. 17. l. 21. ff. ad L. F. *Wisenb.* P. 2. D. 8. θ. 13.

ncc

nec quod lucri rebus hereditariis ante aditam hereditatem accesserit l. 30. pr. l. 73. ff. ad L. F. ratio est, quod legata tempore mortis debeantur l. un. §. I. C. d. Cad. toll. exque eo tempore damnum omne, quod jacente hereditate contingit, salvis legatis, heredem sequatur, uti ante mortem testatoris eorum periculum ad legatarios spectat, adeoq; etiam incrementū ad heredem pertinebit §. 2. l. de L. Falcid. l. 15. §. 3. in f. l. 30 pr. l. 56. pr. l. 73. ff. ad L. F. exceptiones sunt, in l. 30 §. 2. & 3. ff. ad L. F.

Hinc ad Heredem pertinebunt I. Fructus ab eo percepti ante conditionis existentiam, quia legata conditionalia ante eventum habentur pro rebus hereditariis l. 15. §. 6. d. t. II. Legata inutiliter relicta l. 66. §. 1. ff. ad L. F. quia heres has res retinet non jure legati; sed hereditatis. III. Pretia ex rebus hereditariis redacta, quia sapiunt naturam rei hereditariæ l. 30 §. 1. ff. ad L. F. l. 22. ff. d. her. pet.

Deductio autem Falcidiæ instituitur pro rata, l. 2. C. ad L. Falc. l. 32. l. 49. ff. cod. secundum proportionem Geometricam §. 3 l. ad L. F. Perez. ad C. h. t. n. 9. Carpz. 3. C. 1. d. 19.

Controverti solet: num heres in una re invitis legatariis Quartam deducere possit? Negativam Dd. tñentur per l. 49. l. 73 §. f. ad L. F. nimirum, si ea res alicui jam legata sit, (nam si non sit legata sine dubio eam loco quartæ detrahere potest) Baldus in l. 24. ad L. F. n. 35. Sichard. C. fam. ercisc. n. 6. Menoch. l. 2. d. arb. Jud. quæst. c. 16. n. 3. Limitat tamen prædictam sententiam ad l. 24. C. fam. ercisc. n. 5. nempe 1. Si vivus testator favore speciali istam rem transtulerit in heredem, aut. 2. Ex justâ causâ & bonâ fide fuerit alienata. vel 3. Sit indivisibilis. vel 4. Divisio sit incommoda & inutilis futura.

Non

Non minus quoque difficilis est quæstio disceptantium ; num legata, quæ Legi Falcidiæ ob singulare privilegium non subjacent (veluti Legatum ad pias causas) cætera legata aggravent ? R. Si uni , duo Legata , privilegium nempe & non privilegium relista sint , à Legato defalcabili , ut ita dicam , deductio fiet utriusque nomine , si verò diversis relista sint , ista legata instar æris alieni deducentur . arg . § . 3 . I . h t . junct . I . 8 . § . 9 . ff . d . inoff . testam . ac ita totam hereditatem minorem faciunt . Cum autem , ut superius diximus , ratio Legis Falcidiædemum deducto ære alieno ponatur § . 3 . I . l . 54 . ff . l . 6 . C . ad L . F . facile patet , heredi nullum debitorum exsolvendorum onus incumbere : nam cum legata tempore mortis testatoris cedant . l . un . § . 1 . C . d . Cad . toll . i . e . deberi incipiunt l . 213 . d . V . S . damnum etiam ad legatarios pertinebit , præcipue , si illud circa speciem legatam contigerit . § . 16 . 'd . legat . l . 23 . d . Verb . Oblig . l . 26 . § . 1 . d . leg . 1 . & quidem , si id sine facto heredis acciderit . l . 36 . § . ult . l . 47 . § . ult . ff . d . leg . 1 . Heres enim præter dolum , etiam levem culpam , cum diligentia præstat . d . l . 47 . § . 5 . l . 108 . § . 12 . d . leg . l . l . 23 . de R . I .

Igitur Qs . Contractus inter heredem ac Legatarium inducitur . l . 49 . pr . ff . ad L . F . arg . § . 5 . I . d . Obl . q . qs . ex contr . & heres suo jure & quidem hereditario . l . 14 . ad L . F . ac testamenti . l . 42 ff . d . V . & P . Subst . ut heres & dominus retinet Falcidiam . Legatariis verò ex Qs . contractu tenetur , cuius causa est agnitione voluntatis defuncti , cum illi liberum sit , non adire hereditatem , & ob id interdum necesse sit legatariis cum copacisci . § . 2 . I . ad L . F . Hinc Heres pro obtinendâ Quartâ , habebit actionem ex stipulatu , si ipsi legatarii promiserint derestituendo , quod ultra dodrantem legatum fuerit .

fuerit. l. i. ff. si cui plus quam. p. L. F. Condictio[n]em etiam indebiti habebit, si errore facti solida legata exsol. verit. l. 9. C. ad L. F. junct. l. 9. pr. ff. & l. 10. C. d. Jur. & facti ignor. Etiam actionem in factum, ut in casu l. 77. §. 2. ff d. leg. 2. Rei Vindicatione verò utetur, si res tempore mortis sit apud Legatarium. l. 26. pr. ff. ad L. F. & tandem etiam Interdictum, quod Legatorum vid. Dd. tit. Quod Legat.

Detractio Falcidiæ cessat. 1. Si heres inventarium nō fecerit. N. l. c. 2. §. 2. cum lex eum de fraude suspectum habeat; unde Dd. illum non solum beneficio L. Falcidiæ privandum sed etiam si bona defuncti non sufficiant, de suo legatariis supplere teneri, existiment. vid. Tr. V. 2. D. 14. θ. 5. l. a. ibique *Bachov.* exempla de fraude heredum, quidve ibi obtinuerit, vide sis apud *Carpzov.* l. 6. R. 30. n. 3. 2. Si errore Juris vel sciens integra legata solverit. l. 2. & 9. C. ad L. F. aut de eo cautionem exposuerit. l. f. C. ib. Quæritur, num heres ad integra legata præstanta naturaliter teneatur? Resp. Subdistinctione, si obligatio illa ex conventione oriatur, jure etiam civili ad effectus quosdam cognita, tunc cum non tene ri, contra. Rober. l. sen. 7. si verò non ex conventione, sed aliunde proveniat, & saltem in nudis juris Gentium & honestatis terminis consistat, eum teneri verius est. inquiratur argumentum. l. 2. C. d. fideicomm. & l. ult. C. ad L. Falcid.

3. Cessat detractio quartæ, si eam testator prohibuerit, auth. sed cum testator. C. ad L. F. nov. l. c. 2 inf. *Iason.* in l. 3. pr. ad SCt. Trebell. n. 40. *Alexander* ibid. n. 8. *Carpz.* P. 3. C. 1. d. 13. & l. 6. R. 30. Quæritur, num etiam prohibiti o tacitè facta intelligatur, veluti, si testator integra legata præstare jussit? Affirmo: quia potissimum

B

volun-

voluntas defuncti spectanda, ista autem ex verbis colligatur, tum quia tacita, cum expressâ comparatur. arg. l. i. §. 6. f. ff. si cui plus qm. p. L. F. *Baldus* in d. Auth. sed cum testator C ad. t. n. 7. 16. *Castr.* n. 2. *Clarus* §. testamentum quæst. 62. *Berlich.* P. 3. *Corul.* I. n. 72. *Finkelth.* Obs. 170. *Dis.* *Menoch.* I. præf. 45. n. 15. *Carpz.* p. 3. C. I. d. 13. n. 6. & seqq. & l. 6. R. 30. *Hahn*, not. in *Wcf.* ad L. F. n. 8. ibique *Zæsius*.

4. Cessat ob conditionem rei legatæ, veluti in legatis ad pias causas, quamvis de Jure Veteri secus fuerit. l. i. §. 5. ff. ad L. F. l. 49. C. de Episc. & Cler. quod Jure novo immutatum arg. N. 131. §. 12. & studiorum causa *Carpz.* P. 3. C. I. d. 16. n. 9. in debito legato. l. 3. §. 2. d. leg. 3. l. 28. §. 1. d. leg. I. *Obstat.* l. i. §. 10. ff. ad L. F. Resp. Locum habet *Falcidia* quoad commodum repræsentationis, quod fit in debitibus conditionalibus: in pactis dotalibus cessat in Electoratu Saxonie *Carpz.* cit. loco d. II. in dote uxori prælegata. l. 57. ff. ad L. F. quæ tamen ratione superflui *Falcidiâ* minuitur. l. i. §. 10. l. 87. §. 1. seqq. ff. d. t. l. i. §. 12. d. dot. præleg. Quæritur, num *Falcidia* jure novo aucta sit? Affirmat *Goveanus* 2. Var. lect. c. 1. per. N. 18. & 92. in præf. Verum illa sententia de Jure non subsistit, cum Novella loquatur de quartâ libero-rum, quæ aucta est, non de *Falcidiâ*, de quo infra.

CAPUT II.

Quarta Trebellianica, est portio certa & definita, ex hereditate heredi fiduciario, ultra dotorantem fideicommisso gravato deducenda.

Dicta sic ab Interpretibus: si quidem certum est, quod nullibi in Jure Civili Justiniano Quartæ Trebellianicæ mentio fiat, nomenye exstet. Confer.

Perez.

Perez. ad Tit. C. de Jure delib. n. 14. & ad Sc. Tebell. n. 20.
 ibidemque *Tuldenus* c. 3. Everhard. in Topic. à Falcid.
 ad Trebell. loc. 34. Gomez. I. V. R. S. n. 11. v. 12. *Clarus*
 §. Testamentū. quæst. 62. & ibi Harprecht. Gail. 2. obs.
 138. n. 16. *Christin.* decis. Belgic. 316. & 4. decis. 25. §1. §2.
 quæ rectius Pegasiana diceretur. à SCto. Pegasiano tē-
 poribus Vespasiani Imp. Pegaso- & Pusione Coss. fa-
 cto, quo l. Falcidia, suo modo, porrecta & adaptata est
 ad fideicomissa, tam Universalia, quā Particularia.
 l. 21. §. 1. & 2. ff. de ann. legat. ita ut vi hujus, heredi fidu-
 ciario liceat perinde quartam detrahere & retinere de
 fideicommissis sive Universalibus, sive singularibus
 atque per l. Falcidiā eam detrahit de legatis, dōctran-
 tem bonorum relictorum excedentibus. §. 5. l. de fidei-
 comm. hered. l. 35. ff. ad l. Falcid. l. 1. §. 5. ff. si cui plus
 quam per l. Falcid. lic. leg. unde etiam quarta hæc:
 Trebellianica, passim in jure, usuque vulgari Falcidia
 vocatur. §. 3. l. quibus modis Test. infirm. l. 41. §. 3. ff. d.
 V. & P. S. l. 2. §. ult. ff. d. l. Codic. l. 18. l. 30. §. 7. l. 47. §. 1.
 l. 86. l. 93. ff. ad L. F. l. 2. l. 3. l. 22. §. 2. l. 55. §. 2. l. 58. §. 3. ff.
 ad SC. Trebell. l. 1. l. 10. l. 11. C. ad L. Falcid. utut etiam
 suas certas habeant differentias, quas paulò post anno-
 taturi sumus. Sed quia Imp. Justinianus postea certa
 Constitutione (quæ tamen tantum in §. 7. l. de fidei-
 com. hered. habetur) exploso SCto. Pegasiano omnē
 vim & auctoritatē in SCto. Trebell. (quod antea Ne-
 ronis Imp. temporibus, Anneo Seneca & Trebellio
 Maximo Coss. fideicommissorum servandorum causa
 factum erat,) præstítit, ut quasi ex hoc SCto fideicom-
 missa restituerentur, retenta quarta. d. §. 7. l. de fidei-
 comm. her. l. 2. §. 6. l. 3. §. 6. C. de V. J. E. vid. *Ant. Au-*
gustin. de Sæcis. *Susthold.* 10. dissert. 88. inde obtinuit, ut,

quemadmodum ex SCto, Trebelliano, per laudatam constitutionem Imp, plenius informato, quarta de fideicommissis detrahebatur, ita ipsa quoq; quarta hæc Trebellianica vocata fuerit.

Causa impulsiva est favor fideicommissariorum hereditatum, quibus sustinendis primo Augustus jussit, Consulibus auctoritatem suam interponere. §. 1. I. d. t. & extraordinaria Jurisdictione fideicommissa tueri: usque tandem in assiduam & ordinariam Jurisdictionem fuit versum, ita ut non tantum Prætores, sed etiam Præsides de fideicommissis Jus dixerint, horumque conservandorum causa, primum SC. Trebellianum. §. 4. I. de fideicom. hered. dein SC. Pegasianum factum est, quo Senatus censuit & constituit, ut fiduciarius quartam deduceret, ne eo ob nullum vel minimum lucrum recusante hereditatē extinguerentur fideicommissa. §. 5. I. d. F. H. Deducere igitur hanc Quartam potest, heres fiduciarius, i. e. qui restituere hereditatem rogatus. l. 57. ff. h. t. sive ultra dodrantem fideicommissis gravatus est: non autem æquè fideicommissarius, licet & is alteri rursus hereditatem restituere sit rogatus. l. 78. §. 11. h. t. l. 47. §. 1. ad L. F. l. i. §. 19. d. t. exceptis casibus in l. i. §. 19. l. 78. §. 11. ib. vid. *Duarren. tit. d. legat. p. 563. Fachin. l. 5. Controv. 17.* nec refragatur l. 55. §. 2. ff. h. t. loquitur enim de casu, quando fiduciarius donandi animo non detrahatur quartam, sed eam relinquat fideicommissario.

Est autem hæc Quarta totius hereditatis. *Fachin. 5. contr. 8. imputanturque in eam, quæ heres vel jure hereditario, vel nomine fideicommissi, legati l. 11. l. 74. l. 91. ff. ad L. F. Zœf. h. t. n. 97. conditionisve implendæ causa percipit, l. 91. l. 22. §. 2. ff. h. t. Obstat. l. 30. §. 7. l. 14.*

ad

ad L.F.l. 36. d. mortis c. don. R. loquuntur de legatis non de fideicommissis. *Diß. Cujac. & Pacius* 6. a. 52. cum in Falcidia istud non obtineat. l. 91. pr. D.t. Differentiæ ratio est, quod testator in Falcidia magis diligere præsumatur heredem, quam Legatarium; in Trebellianicâ verò magis fideicommissariū, quam fiduciarium *Arum Ex. 9. θ. II. Wes. ff. ad L.F.n. 5. Donell. I. 7. c. 30. Fachin. 5. contr. 30. Hunn. 2. V.R. tr. 8. q. 22.*

Fructus quæ pendente adhuc conditione, vel si dies nondum venerit (si extranei scil. fideicommisso gravati fuerint) percipiuntur, imputantur quoque in quartam hanc. dd. II. 18. §. 1. & 22. §. 2. d. t. *Bachov.* ad Tr. D. 14, θ. 3. l. a. quod limitatur, in liberis primi gradus. l. 6. C. h. t. etiamsi hereditatem extraneo restituere debeant. *Gail. l. 2. obs. 133. Fach. 5. contr. 10.* obstat. l. 8. §. 11. ff. d. inoff. testam. Verum intelligendus iste textus de liberis ulterioris & remotioris, non primi gradus.

Fructus Quartæ non veniunt in computationem l. 22 §. 2. l. 27. §. 16. ad SCt. Trebell. *Wisenb.* V. D. 9. θ. II. *Math.* D. 13. θ. 161. *Carpzov.* I. dec. 22. n. 27. Nobilis hic quæstio excutienda venit: num liberi instituti, & fideicommisso universali gravati, deducant duas Quartas, Trebellianicam nimirum & Legitimam? Negativam tuentur *Vinn.* 2. q. 29. *Perez.* in C. h. t. num. II. *Wisenb.* 2. q. 13. quorum opinio verior etiam est, si de Jure Civili quæsiveris. l. 6. C. ad SCt. Trebell. l. 24. C. fam. ercisc. arg. l. 22. §. 2. h. t. l. 91. ad L. F. l. 8. §. 11. d. inoff. testam. l. 1. §. pen. si cui plus quam L. Falcid. Nov. 108. præf. §. 1. cum in Trebellianicam Legitima imputetur. d. l. 91. ad L. F. *Donell.* I. 7. c. 3. ib. *Hill.* l. I. *Hotom,* illustr. quæst. 44. *Cujac.* l. 8. obs. 3.

Bronch. cap. 3. aſſ. 69. *Arum.* Exerc. 9. θ. 18. *Oppono*
Nov. 39. c. 1. quā quidam præfatas leges mutatas aſſe-
runt: Verum illa non probat, quod præter Legiti-
mam, etiam Trebellianica deduci debeat; sed tan-
tum, quod Legitima filio jure naturæ debita, in fi-
deicommissi restitutionem non veniat; Jure verò
Canonico utramque deducete concessum est, c. 16.
& 18. X. d. testamentis, cui sententiæ ut æquiori, in fo-
ro etiam standum esse opinantur Vd. & ita in Scabi-
natu Wittebergensi pronunciatum, dicit *Petrus Heig.*
P. 1. qu. 32. num. 15. sub distinctione tamen, ita ut si
purum sit fideicommissum, liberi unâ quartâ con-
tentî esse debeant, ut tamen detracta Trebellianicâ,
quod legitimæ deest, suppleatur, si conditionale verò
sit, sive in diem, sive ultra semissem utraque deduca-
tur. *Gail.* 2. obs. 121. *Carpz.* l. 6. R. 113. num. 21. *Bal-
dus & Jason.* in Auth. Resque C. comm. d. leg. Caſtr.
in l. 6. C. ad SCt. Trebell. *Christ.* v. 1. dec. 245. & 315.
Grot. 2. manud. 20. decis. cur. Holl. 3. v. 17. *Gudelinus*
l. 2. d. Jur. Nov. c. 11. Permissum autem est fiduciario
heredi vel unam rem deducere, quæ quartam conti-
neat, vel plures & quidem hereditario jure l. 1. §. 16.
ff. h. t. vel errore facti solutum, repetere. l. 21. l. 68.
§. 1. h. Interdum autem ipſi, loco quartæ certa aliqua
res, veluti fundus, à testatore relinquitur, quæ vel
Quartam, vel amplius eâ contineat; ubi tamen non
pro herede, sed legatario habetur. l. 1. §. ult. ad Sct. Tr.
pen. C. de her. inst.

Heres autem pro hâc hereditatis quartâ parte, one-
ra quoque ejus, pro ratâ tenetur sustinere, i. e. satis-
facere, quibus hereditas obſtricta est. §. 7. & 9. l. h. t.
Quætitur, num etiam legatariis teneatur satisfacere?

Nego,

Nego, per l. i. §. ult. ff. l. 2. & ult. C. h. t. Verum si minus dodrante restituere rogatus sit , eo quod ultra quartam habet , legatorum onera sustinebit. l. i. §. pen. h. t.

Verum si certa res illi à testatore denominata sit, quæ quartam non exæquet, tunc ad supplementum ager, & pro ejus ratione creditoribus solvet. l. i. §. ult. h. Myns. ad §. 9. h. si verò ea res quartam contineat, legatarii loco habendus est. d. l. pen. C. d. Her. instit. & nullum hereditatis onus illi incumbit, quod dilucidè satis. l. 30. §. 1. ff. d. t. verba explicant , hereditariique & legatarii juris discrepantiam depingunt.

Hinc si ea res loco quartæ relicta, eam quidem non contineat, nihilominus tamen fiduciario satisfaciat, in totum æri alieno exsolvendo supersedebit, onusque totum ad fideicommissarium devolvetur. §. 9. I. h. t. quod etiam , si totam hereditatem restituerit, obtinet, per dd. LL. Tenetur etiam fiduciarius inventarium fideicommissario edere , & præstare cautionem. l. 34. f. ff. d. t. l. i. d. bon. poss. jur. num. 108. Ant. Faber. Comm. Cod. ad SCt. Trebell. def. 25. Pac. 6. a. 53. Gomez. 1. resol. 5. n. 10. & præterea dolum & latam culpam l. 22. §. 3. h. t.

Si autem fiduciarius reliquâ quartâ adire nolit hereditatem , forsitan ut damnosam , aut nimis onerosam , cogi poterit. l. 14. §. pen. & ult. l. 15. & 16. pr. & l. 2. h. t. & quidem à Magistratu, cuius jurisdictioni subiectus est. l. 13. §. 4. d. t. & , ut quibusdam videtur, multæ dictione , & pignorum captione atque distractione. l. i. §. 3. 7. d. ventr. insp. l. 32. §. 12. d. recept. Alii verò actionem in factum dari putant per. l. 9. pr. d. edendo

edendo. l. 1. pr. d. act. empti. Nos existimamus, compellendam cum esse imploratione officii judicis nobilis. l. 13. §. tempestivum. l. 14. l. 50. ff. ad SCt. Trebell. nullo nec lucro, nec commoda apud eum remanente. §. 7. f. I. F. H.

Quæritur, si Imperatoris fidem in restituendo fideicommisso elegerit, num ejus procurator cogi possit, ut adeat? Sane Imperator cogi non potest; Ipse consultus autem. l. 2. d. Off. Proc. Cæsar. procuratorem suum compelle, legibus enim licet solutus sit, iis tamen vivit. §. ult. l. q. m. test. infirm. Pro quartâ autem obtainendâ fiduciario olim dabatur jus retentionis. l. 14. ff. ad SCt. Tr. hodie eam habebit vindicatione. l. pen. C. d. t. Si verò errore facti plus, quam debet, solverit, condicione incerti, à fideicommissario, id repetet: ab aliis possessoribus verò, & debitoribus hereditariis actione convenienti. l. 21. l. 68. §. 1. ad SCt. Tr. l. 45. eod. l. 65. §. 5. d. Cond. indeb. adde §. 6. l. & ad eum *Vinn.* d. Obl. q. qs. ex contr. l. 7. C. d. Cond. indeb.

Cessat jus deducendæ Trebellianicæ, vel ex dispositione legis, vel ex voluntate Heredis. Ex Dispositione Legis, si fiduciarius coactus adierit hereditatem. l. 4. ff. h. t. cum ille nullius beneficij dignus judicetur, qui mandata defuncti observare recusat: ut etiam pœnitentia locum non habeat. l. 14. §. 4. ad SCt. Tr. Non obstat, l. 55. §. 3. eod. cum semel injuria quasi, defuncto illata sit.

Voluntate Heredis cessat, si Fiduciarius renunciet suo Juri, & eam fideicommissario donandi aut alio animo relinquat, l. 1. §. 19. ad SCt. Tr. Cessat etiam si fideicom-

fideicommissa ad causas pias relicta sint. arg. Nov. 131.
 cap. 1. Zoef. ad Sct. Treb. num. 96. Poterit ne autem
 testator eam deduci prohibere? Nego. Nov. 1. c. 2.
 solum de Falcidiâ disponit, quod non recte applican-
 dum erit ad Trebellianicam tum quod Jure ss. testa-
 tori non licuit prohibere Trebellianicam, tum quod
 hoc jus antiquum nullâ contrariâ sanctione est im-
 mutatum, quod multo magis obtinet, si liberi pri-
 mi gradus fuerint gravati fideicommisso. *Dissen-*
tient Gomez. I. resol. 5. num. II. Gail. 2. obs. 138. n. 15.
Matth. D. 13. θ. 18. Schotan. I. d. fideicom. Her. θ. 6.
Fransk. Ex. 7. q. 9.

Expeditur inde etiam quæstio, quâ controverti-
 tur: num Fiduciarius privetur Quartâ, si inventarium
 confidere omiserit? Rursus negativam tuemur, tum
 quia illa Novella, ut diximus, solum de Falcidiâ lo-
 quitur: tum quod in pœnibus non sit extensio per
 identitatem rationis, ut recte hoc deducit *Peregrinus*
Tr. d. fideicomm. art. 4. & 5. Gail. Pract. Obs. 2. 138.
num. 6. Myns. C. 3. θ. 60. Fab. de Anna Consil. 25.
n. 18. Alex. Raudens. vol. I. resp. 61. n. 27. Camillus Bo-
rellus Cons. 51. num. 6. Bertaz. cons. civil. 79. n. 5. Hie-
ron. de Cœval. spec. opinion. quæst. 26. & 691. Dissent.
Rennem. Jurispr. Romano. Germanicâ. d. jur. rer. D.
34. n. 13. Gabriel. Rom. l. 4. sent. ad SCt. Trebell. concl.
10. Cacheran. Decis. P. Pedemont. l. 47. Menoch. cons.
272. Burfat. Cons. 328. num. 14. Io. Vincent. Honded.
Vol. I. Cons. 63. num. II. Fachineus autem l. 4, con-
trov. c. 38. affirmativam quidem sententiam tuetur,
negativam verò benigniorem & æquiorem esse pro-
fitetur.

Fideicommissa etiam sub hâc conditione relinquuntur (quod hodie potissimum obtinet) ut Fiduciarius ea post mortem demum , alicui , restituat ; fuitus verò omnes loco Quartæ percipiat . l. 18. §. 2. l. 57. pr. h. t. *Ripa* ad d. textum. *Peregr.* tr. d. fideicom. art. 9. num. 20. *Gail.* 2. obs. 123. *Besold.* P. 5. conf. 245. num. 7. *Wisenb.* ad SCt. Trebell. θ. 7. quod in gratiam familiarum introducta fuit , quibus sustinendis varii , à variis , modi inventi fuerunt.

Differunt autem Quarta Falcidia & Trebellianica sequentibus potissimum modis.

1. Quarta Falcidia introducta est per legem Falcidiā: Trebellianica verò , per SCtum Pegalianum , postea in SCtum Trebellianum transfusum. §. 5. & 7. I. de F. H. t. t. ff. ad l. F. & ad SCt. Trebell.

2. Quarta Falcidia detrahitur ab herede purè , & sine gravamine instituto , legatis saltem ultra dorantem onerato , Trebellianica verò à gravato hereditatem restituere.

3. In Falcidiā imputantur tantum res quas heres Jure hereditario capit. l. 91. l. 47. ff. ad L. Falc. in Trebellianicam verò , quæ jure Legati , Fideicommissi , conditionisve implendæ causa ab herede capiuntur. *Weſ.* ad L. Falcid. num. 5. *Ludvvel.* D. 9. θ. 9. L. d. *Vinn.* ad §. 5. I. d. fideicom. her. num. 3. *Diss.* *Biccius* nucl. Coll. Arg. ad SCt. Treb. θ. 22. *Par.* 6. a. 52. vid. *Bachov.* ad Tr. 2. 14. l. B. & C.

4. Heres legatis gravatus ad adeundam hereditatem cogi non potest à legatariis , quos cum
co

eo de portione pacisci oportet. §. 2. I. d. L. Falc. ne, herede non adeunte, testamentum, & Legata intercidant.

5. Retentâ Quartâ Falcidiâ, apud heredem onera hereditaria manent. I. 1. §. f. ff. l. f. C. ad L. F. non obstat. l. 2. C. eod. ita tamen, ut demum istis satisfactis Legis Falcidiæ ratio ponatur. §. 3. I. l. 54. ff. & l. 6. C. ad L. Falcid. Trebellanicâ verò agnitâ, pro ratâ actiones inter heredem & fideicommissarium dividuntur. §. 7. I. d. fideicomm. Hered.

6. Quod Falcidia prohiberi possit à testatore, non Trebellianica per ea quæ superius diximus.

CAPUT III.

Quarta D. Pij seu Antoniniana est portio omnium bonorum, quæ filio arrogato impuberi, sine justâ causa emancipato vel exheredato, ex bonis patris arrogantis defuncti ipso jure debetur.

Sic dicta ab Auctore, qui fuit Aelius Antoninus Imp. ob singularem pietatem, industriam, & virtutem quibus Imperium Rom. administravit, Divus Pius appellatus; filius Hadriani, Imp. optimi, adoptivus, uti ex historiâ Romanâ & ipsis voluminibus Juris passim constat. Causa autem ob quam Quarta hæc introducta, est favor impuberum: cum enim paterf. qui se in arrogationem alicujus dabant, omnia sua bona, quæ aquiri poterant patri arroganti adquirebat. §. II. I. de adop. t. t. I. de adquis. per arrogat. & ob id arrogatio non nisi causâ cognitâ, & utriusque consensu fieri permittebatur. I. 2. l. 15.

C 2

§. 2. ff.

§. 2. ff. de adopt. apparebat nullam impuberum esse arrogationem sed eos ab hoc beneficio penitus esse exclusos. Confer. *A. Gell.* 5. N. A. 19. & ibi *Phil. Carol.* Id Visum iniquum piissimo Imperatori ideoque constituit, ut pariter & hi, arrogari possint. l. ult. ff. si quid in fraud. patron. Vlpian. 8. Instit. 4. ubi non tantum in genere causæ quoque cognitio vertebatur; verum etiam certæ causæ cognoscendæ erant illis, apud quos fiebat cognitio, uti docet Vlpian. in l. 17. §. 1. ff. de adoptioni insuper etiam certis conditionibus, nempe, ut arrogator caveat, datis fideiussoribus, se, si is, qui arrogatur impubes moreretur, omnia arrogati bona restitutur illis, qui ad successionem ejus venturi essent, si arrogatio non intervenisset, e. g. heredi legitimo, heredi substituto, legatariis & fideicommissariis. l. 17. §. ult. l. 18. ff. de adopt. §. 3. I. cod. Item ne arrogatum impuberem nisi causâ cognitâ & evidenter appareret, dignum cum emancipatione fuisse, emancipet aut exheredet. d. §. 3. I. de adopt. & si contra factum foret, teneatur pater arrogator, filio arrogato sine causâ emancipato vel exheredito, non tantum bona ejus, quæ ad patrem arrogantem transtulit, eorumque commodum stante arrogatione, adquititur, reddere: Verum etiam & insuper ei bonorum suorum quartam partem relinquere. §. 3. I. de adopt. l. 22. princ. & §. 1. ff. cod. l. 2. C. eod. l. ult. ff. si quid infraud. patron. Nobilis hic & agitata à Dd. quæstio occurrit; num Quarta hæc sit portionis ab intestato impuberi debitæ, an verò omnium bonorum? Priorem sententiam tuncur

entur Dd. variis argumentis, præcipue, probabile non esse D. Pio placuisse meliorem conditionem fieri adoptivorum, quam naturalium librorum. vid. *Gloss. Vinn.* ad §. 3. I. d. Adopt. *Zoes. Comm.* in ff. d. Adopt. ibique *Bachov.* num. 15. Recentioribus, uti & nobis posterior arridet, & quidem, quod tex-tus simpliciter loquatur de quartâ bonorum. l. 22. ff. l. 2. C. h. t. l. ult. ff. si quid in fraud. patron. *Fransk.* Exerc. 2. q. 9. *Vngebatur* Exerc. 3. q. 10. Quarta au-tem hæc deducitur ex bonis, quæ arrogator tem-pore mortis habuit. l. f. ff. d. his q. in fr. patron. arg. l. 17. §. 4. ff. h. t. hinc nostram non facimus contro-versiam Dd. quam, priori sententiæ adstipulantes movent, num quarta (eorum sententia portionis ab intestato debitæ) aucta sit. Nov. 18. cap. 1. *Negant Accurs. & Myns.* ad §. 3. I. h. t. *Iason.* in l. 22. ff. h. t. num. 53. *Affirmant. Petr. de Bellaport. Cynus & Albericus* in d. l. Quæritur porrò num arrogator impuberi possit pupillariter substituere? Resp. hoc in solâ quartâ obtainere, & in bonis, beneficio ar-ro-gatoris, non aliunde adquisitis. l. 10. § 6. ff. d. *Vul.* & *Pupill. subst.* l. 22. §. 1. ff. h. t. Impuberibus auten-i hæc Quarta non debetur, *Donell.* 2. *Comm.* 23. inf. & ib. *Hill.* cum illis alio remedio consultum sit, ni-mirum querela in officiosi, & D. Pius hæc Quartâ in casu emancipationis & exhereditationis impube-ribus consulere voluerit. l. 8. §. 15. ff. d. in off. testam. *Bachov.* ad Tr. 12. 9. l. E. cum olim impubes planè arrogari non potuit, usque dum Imperator Anto-ninus istud permiserat Vlp. tit. 8. §. 4. *Cujac.* 2. ob-scrv. 38. Non obflat l. 17. ff. d. t. Cum isti, Consti-tu io

tutio Antonini aliquatenus deroget. Actio quæ inde oritur, est Conditio ex Lege: & est Actio personalis, quia oritur immediate ex Lege, nimirum ex constitutione D. Pii l. 22. §. 1. ff. d. Adopt. l. 8. §. 15. ff. d. inoff. testam. junct. l. 1. ff. d. Cond. ex Lege. quæ datur arrogato impuberi sine justâ causa, vel emancipato vel exheredato per. dd. LL. adversus arrogatorem ejusque heredes l. 22. pr. h. t. ad hoc, ut illi quarta pars omnium bonorum post mortem arrogatoris: hoc enim indicat vocula *relinquere* in §. 3. l. d. adopt. posita, quam propriè ad ultimas voluntates pertinere docet l. 1. §. pen. ff. d. tab. e. hib. l. f. ff. si quid in fraud. patron. l. 1. §. 21. ff. d. Collat. l. 26. §. 1. ff. de fideicomm. libert. Brisson. l. 6. de V. S. V. *relinquere*.

In casu exheredationis Dd. vulgo impuberi, utile familiæ herciscundæ judicium tribuunt, l. 2. §. 1. ff. Fam. hercisc. eumque persecutionem istam ad heredes transmittere. l. 22. h. t. *Donell.* verò 2. Com. 23. l. K. defuncti heredibus, actionem ex satisdatione adscribit, immò etiam sine eâ utilem actionem, per l. 19. §. 1. h. quæ ipsis competat, etiamsi post mortem arrogatoris, mox impubes decresserit. per l. 22. d. t.

Hoc negotium hodie ex compactatis contrahentium potissimum legem accipit, cum in adoptionis locum, ferè unio prolium successerit, Germanis dicta die ein Kindschafft/ quæ ex mente contrahentium & cujuslibet loci statutis plerumq; judicatur: peculiaria de ea exstant Wormatiæ, & alibi passim, etiam in Camera Imperiali confirmata. *Gat.* 2. obs. 125 num. 2.

Specia-

Specialia de cā statuta si non existent, observan-
da veniunt. 1. Consensus Tutorum & Curatorum.
2. Consensus Agnatorum & Cognatorum. 3. Ut
fiat coram Magistratu. 4. Exacta causæ cognitio,
5. Speciale Magistratus decretum. 6. Ut in scri-
pturam redigatur & actis publicis insinuetur. *Car-*
pzov. l. 5. *Resp.* 67. Requiritur consensus eorum qui
uniuntur, modo consentire possint. *Vid. Rickius* in
elegantissimo tractatu, de unione prolium. cap. 9.
Gail. 2. *observ.* 125. num. 8. *Besold.* *Thes.* *pract.* *verb.*
Ein Kindschafft. Hæc autem qualem potestatem
tribuat, videte est apud præfatum *Rick* cap. 8, n. 2. &
Wurms. *Nucl. Juris controv.* l. 1. t. 10.

CAPUT IV.

Sunt adhuc aliae Quartæ ex certis bonis detrahendas,
uti est.

1. **Q**uæ de portione hereditatis legitimâ, jure na-
turæ liberis debetur. l. 8. §. 9. 11. 14. d. inoff. te-
stam. l. 31. C. cod. quæ tamen aucta est, ut hodie ter-
tia pars sit, quando quatuor, vel pauciores sunt
liberi. cum plures verò, semis Auth. novissima C.
d. inoff. testam. Novel. 18. & 92. in præf. vid. Rit-
tersh.

2. **Q**uæ uxori inopi ex bonis mariti locuple-
tis relinquenda est. auth. præterea C. und. Vir. &
Uxor. Nov. 53. cap. 6. pr. & §. 2. Nov. 74. cap. 5. pr.
Nov. 117. cap. 5.

3. **E**x Severi Constitutione, de donationibus
mortis causa. l. 2. C. d. don. mort. caus.

4. In Causis intestatorum ex Edicto Prætoris eo nempe casu , si quis omissâ causâ testamenti ab intestato hereditatem adquireret. l. i. §. 2. ad L. F. I. 18. pr. & §. 1. si quis omniss. causa testam.

5. Debebatur quarta totius substantiæ concubinæ, quam quis eo animo in domum acceperat ut in uxorem duceret. §. Quoniam autem in Auth. quibus modis naturales efficiantur legitimi. *Christin.* Decis. Belg. V. 4. Dec. 49.

Verum cum hæ Quartæ , partim desuetudine adumbratæ , partim auctæ, diminutæ & multum reformatæ fuerint , commodiori loco eas reservare voluimus.

Tch solte deinen Fleiß mein Freund zwar billich preisen/
Und wie du deine Zeit sowol geleget an/
Doch weil diß fluge Blat genugsam thut erweisen/
Was ich mit gutem recht von dir sonst rühmen kan/
So will mit meinem Ruhm ich nur zu Hause bleiben/
Und wünschen daß diß Glück allzeit dein Gleitsmann sey/
Es müsse alles Thun nach deinem Wunsch bekleiben/
Der Höchste spreche dich von vlem Unfall frey.

Johann Ernst Hubrieg.

Mein Freund dein Edler Geist so Kunst vnd Zugend liebt/
Und sich durch müh vnd fleiß reift von der faulen Erden/
Muß desto würdiger nunmehr gepriesen werden/
Weil Er der flugen Welt zeigt/ was Er stets geübt.

Ehrenfried Jacob von Arhat.

F I N I S.

(oll. clis. A. 92, v. 10. 44)